

lorum superfluum est hic scribere. Scit quilibet sensa-
tus laicus quid sibi displiceat in uicino suo. q̄ etiā dis-
pliceat in seipso. Et quod placet sibi in illo hoc etiā
placeat sibi in seipso. et ita faciat et optime proficiet.
Doctrina Sapientis est. In teipso disce proximum
et in proximo disce teipsum. Estote igitur uenerabiles
rustici s̄m diuina monita perfecti secundum modu/
lum uestrum. quia dominus deus uester perfectus est
et ab omni specie mali abstinete uos quatenus tandē
post huius uite misérias eterne glorie mereamini reci-
pere coronas. Amen.

Decimotercio debet quilibet fidelis et timoratus
rusticus se cauere a societate mala et consortio
potantium et iurantium. ac omnium qui sine timore dei
uiuunt. Nec est doctrina sapientissimi Salomonis in
prouerbiis. capitulo quarto. ubi sic dicit. Ne delecte-
ris in semitis impiorum nec tibi placeat malorum uia
Fuge ab ea ne transeas per illam declina et desere eam
Non enim dormiunt nisi malefecerint. et non rapitur
somnia ab eis nisi supplantauerint. Comedunt panē
impietatis et uinum iniquitatis bibunt. Via impioꝝ
tenebrosa nesciunt ubi corruant. Respicit dominus ui-
as hominis et omnes gressus illius cōsiderat. Iniqui-
tates sue capiunt impium et fimbis peccatorum suo-
rum constringit. Ipse morietur. quia non habuit dis-
ciplinam. et in multitudine stulticie decipietur. **H**ic
est aduertendum. q̄ homo nascitur cecus quo ad in-
tellectum et procliuus ad malum quo ad affectum.
Et ergo bona educatio est sibi summe et maxime

necessaria. Sed neq; hoc sufficit nisi ⁊ iam bene educa-
tus teneat se in societate bona. quia sicut **D**avid pro-
pheta dicit. Cum sancto sanctus eris. ⁊ cum uiro ino-
cente innocens eris. ⁊ cum electo electus eris. ⁊ cum p/
uerso peruerteris. Homo igitur cum ad annos discre-
tionis peruenerit tres habet inimicos qui eum post
se trahere cupiunt. scz caro propria. mundus ⁊ hostis
antiquus. ¶ **C**aro persuadet ocium. luxuriam. gulaz.
molliciem. hanc si sequitur. bestialis efficitur sicut e/
quus ⁊ mulus quibus non est intellectus. ¶ **M**undus
fallax persuadet auariciam ⁊ gloriam temporalem.
hunc si sequitur. fit sollicitus supra modum. vanus ⁊
superbus. ¶ **H**ostis antiquus immittit inuidiam. rā
corem. maliciam. suspicionem. blasphemiam. ⁊ despe-
rationem hunc si sequitur maliciosus efficitur. animo
sus. crudelis. ⁊ dyabolicus. ¶ **I**n tanta pugnatione
homo bene indiget adiutorio. ⁊ ergo si solus est ueri-
similiter periclitabitur. Et si sic quantomagis si in me-
dio malorum constitutus fuerit. Sollicite ergo se con-
uertat ad bonam societatem. ⁊ tunc inueniet tres ami-
cos fortiores q̃ sunt predicti tres hostes. ¶ **N**am con-
tra carnem inueniet rationem s̃m deum regulatam.
¶ **C**ontra mundum angelos sanctos ⁊ viros siue femi-
nas spirituales. ¶ **C**ontra dyabolum deum. Si hos
audierit victor erit ⁊ bene habebit. Si illos tūc pa-
riter cum illis peribit in eternum. ¶ **S**ed quia nulla
ars sine magistro discitur. ideo hec est communis sen-
tentia sanctorum q̃ homo bone voluntatis se appli-
care debet ad aliquem virum disciplinatum ⁊ doctū
qui eum instituat in omnibus ⁊ cui tanq̃ deo obedi /

et a quoniam
da in terra
monstrare semp
domum decum
ad cuncta bon
tem viam dēnt
defectus in bu
liqua causa p
⁊ videlicet tū
mum vel agri
ceter ad vni
diligere ⁊ na u
eum ne peccet
de p̃p̃e p̃p̃
officiat. d̃m
f̃m uare poter
bus ṽtus munt
quā r̃is p̃p̃am
possunt iēd̃ta
ut sustinere p
uab̃is affectu
querendo sal
f̃m p̃p̃am
aur̃ m̃m̃e po
dicit domo de
qui d̃m̃ d̃m̃
b̃m̃e f̃m̃m̃
f̃m̃e d̃m̃
id̃m̃ ad p̃p̃am

at a quo uiuendi modum accipiat. cui etiaꝫ omnia cor-
dis sui secreta reuelet. Et si talem inuenire nec ad ma-
lum habere semper potuerit. tunc debet cor suum ad
dominum deum dirigere ut ipsum a malis preseruet.
et ad cuncta bona perducatur. sibiꝫ in dubiis certio-
rem viam demonstrer. **Q**uanta autem sit pigritia et
defectus in hiis duobus flebile est dicere. Si enim al-
liqua causa prophana hominem simplicem urgeat.
et videlicet timeat amittere in iudicio ouem boueꝫ do-
minum uel agrum. statim sine omni dilatione currit ala-
criter ad iurisperitos qui euz iuuent. ne perdat quod
diligit et ita inueniet. Sed si cause anime sue stimulent
eum ne peccet. vix mouere vult pedem ut saltem tepi-
de pergat pro consilio inquirendo ne dominum deum
offendat. Et si perdit vix taleꝫ inueniet qui secure ip-
sum iuuare poterit. inter tot altitudines sabbane. qui-
bus totus mundus implicatus est. Sed fidelis deus
qui non patitur electos suos temptari supra id quod
possunt. sed faciet etiam cum temptatione prouentuz
ut sustinere possunt. tam intellectuz illuminabit qꝫ iu-
uabit affectum. si tamen homo faciat quod in se est.
querendo scilicet bono modo consilium et auxiliuz a
superioribus suis humiliter. Quod si non inuenierit.
aut inuenire potuerit. tunc in simplicitate cordis sui
dicat domino deo hec aut similia uerba. Deus eterne
qui absconditorum es cognitor. Tu scis cor meum. li-
benter facerem quod tibi esset magis gratum si illud
scirem. sed quia illitteratus sum et me iuuare non ualeo
idcirco ad pussimam misericordiam tuaꝫ preces meas

porrigo supplicans humillime. ut me in hiis perplexi
tatibus quibus nunc coartor iuuare digneris qua/
tenus te non offendam. sed quod expedit anime
mee nunc iugiter peragere ualeaz ꝛc. **S**ui sic procedit
a domino dirigetur. **S**ui autem non curat custodire
conscientiam suam. sed cum uanis hominibus uires ꝛ
tempus expendit. non mirz si nesciat que sit uoluntas
dei beneplacens ꝛ perfecta quare etiam facile a dyab/
olo precipitatur de uno peccato in aliud. **A**bsqꝫ du/
bio magnum est premiũ celestis regni quod electis da/
bitur. ꝛ ergo etiam dignum ꝛ iustum est qꝫ cum mag/
na diligentia ꝛ industria pro illo laborent. **S**iquidẽ
beato Gregorio teste ad magna premia non perueni/
tur nisi per magnos labores. **S**ed quantumcunqꝫ la/
boremus siue patiamur pro illa gloria supna nequa/
qꝫ est condigna compensatio huius meriti ad illud p/
mium. sicut beatus Paulus apostolꝫ dicit. quia finiti
ad infinitũ nulla est comparatio. **S**uare semper hu/
militer sentire debemus nobis ꝛ in ueritate ita recog/
noscere qꝫ omnes iusticie nostre sunt uelut pannꝫ mē/
struate in conspectu illiꝫ candoris diuine maiestatis
Sui autem ab hac humili recognitione recedit putās
se aliquid esse cum nihil sit seipsum seducit ꝛ deo nō
placet. nec dignus est ut gratia dei illum saluet. **V**u/
luntamini igitur o uenerabiles laici vniuersi qui time/
tis deum ut exaltemini fortiter. a societate carnalium
hominum uos abstinete. ut inter angelos numeremi/
ni strennue ab omni ebrietate uos contemperamini ut
spũ sancto impleamini. ab inutili ꝛ pñitiosa consuetudine

in rebus uel
demonstrat
ad hoc cum o
ca ultra in or
utram sancti
fecerit. ac do
laus est ꝛ p

Quart
tuas
creo con
m laici nū
bucare laic
nem iniqua
hoc non sta
uare temp
uel. ꝛ pñit
facientem
da. ꝛ temp
Scunt. d
quam ba
in confier
r uelut quo
us est qꝫ ut
an unqꝫ d
tatem dñi
dotes qꝫ a
notioris
que com
modo con

iurandi os vestrum cohibere. ne diuina vltio uestras
domos dissipet. sed magis pura oratione ⁊ gratiarū
actione cum omnibus bonis dicemini. Sicq; tota vi-
ta uestra in omnibus uirtutibus fulgeat ut quicunq;
uestram sanctam conuersationem uiderit in bono edi-
ficetur. ac dominum pariter uobiscum benedicat. Cui
laus est ⁊ perbennis gloria per oīa secula seculorū. Amen.

Dartodecimo debet quilibet fidelis ⁊ timora-
tus rusticus sedule discutere cōscientiam suam ⁊
crebro confiteri. **H**ic timeo uerisimiliter q; moder-
ni laici nimis sint negligentes. ⁊ ualde deficiunt a p-
bitate laicorum antiquorum. semper illam excusatio-
nem iniquam pretendentes. q; aut sint ita simplices q;
hoc non sciunt. aut aliis sic prepediti q; huiusmodi
uacare tempus non habeant. **Q**ualis est ista excusa-
tio? Industrii sunt ad peccandum ⁊ simplices ad cō-
ficendum. Tempus habent ad opera iniqua perpetrā-
da. ⁊ tempus non habent ad male acta emendanda.
Sciunt discernere usq; ad minimam hauene mensuraz
quam habent in domo sua ⁊ non sciunt quid habēt
in conscientia sua. **E**t utiq; illud quod sciunt foris ē.
⁊ istud quod se nescire dicunt intus est. **N**ihil stulti-
us est q; ut quis decipiat seipsum. **S**i nescis discen-
di an unq; diligentiam adhibuisti ad hoc ut scias uolū-
tatem domini dei tui. **C**erte hoc pro uerissimo tenere
debes q; ad hoc creatus es. **S**i autem hoc ignoras ig-
noraberis. **P**ostposita igitur excusatione calua ista
que communiter laicis est ualde familiaris discen-
di modo conscientiam tuā discutere debes. **D**e mane qñ